

fructum ex eo aliquem sperare possit, 145  
cum intellectu præditis satis iam pateat  
illum neque casu aut euentu, sed noctur  
no diurnoque studio & labore Dei gra-  
tia adiuto parari debere. Quocirca Lul-  
lius reddēs rationem quare ita raro in-  
ueniatur, sicait. Homines ignorant na-  
turam & naturalem illius commissio-  
nem & operationē, nec succurrere pos-  
sunt naturæ, ratione sua ignoratiæ, quo-  
usque per philosophiam transferint v-  
niuersalem, quæ reuelat eis res, quæ illis  
erant absconditæ atq; ignotæ. Ideo La-  
pis noster est & non rusticorum, & peni-  
tus nostræ philosophiæ, sicut filius est  
patris qui illū genuit. Hactenus Lullius.

Quare tā  
raro. perū.  
niatur ad  
artem.

## QVARTA HVIVS LIBRI pars & vltima, quæ artem chemicam cuiq; vitandam docet, & concludit.

S Atis superq; de tribus impedimen-  
torum generibus scientiam hanc  
perdifficilem reddentibus superius di-  
xisse mihi videor, quibus tam si ma-  
ximis, si quispiam non moueat, ur,  
aut à proposito renuncetur, sed suo con-  
fidens ingenio & iudicio porro ire  
pergit, & speret per industriam suam

L 2 obsta-